Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



ras uīa magis ac magis habundet in scientia & in omī
sensu: ut probetis potiora. ut sitis sinceres & sine offensio
ne in diem xī. repleti fructu iustitie p ihm xpm in glām
et laudem dei. Dīe. i. d.s. Sc̄o atheum
parabolam hanc. Simile est regnum celorum homini re
gi: qui uoluit rationē ponere cum seruis suis. Et cum ce
pisset rationē ponere. oblatus est ei unus qui debebat decem mi
lia talenta. Cum autem non haberet unde redderet. iussit eum
dns uenundari. & uxorem eius & filios. & omnia que habe
bat. & reddi. Procidens autem seruus ille: rogabat eum
dicens. Patientiam habe in me: & omnia reddam tibi. Mi
sertus autem dns seruo illi dimisit eum: & debitum dimisit ei.
Egressus autem seruus ille inuenit unum de conseruis suis q̄
debebat ei centum denarios. & tenens suffocabat eum dicens:
Redde quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eum di
cens. Patientiam habe in me: & omnia reddam t. Ille autem
noluit sed abiit & misit eum in carcerem. donec redderet
debitum. Uidentes autem conserui eius que fiebant contristati
sunt ualde. Et uenientes narrauerunt dno suo omnia:
que facta sunt. Tunc uocauit illum dns eius: & ait illi:
Serue nequam omne debitum dimisi tibi. quoniam rogasti me. Non
ne oportuit & te misereri conseruo tuo. sicut & ego tui misere
tus sum: Tunc iratus dns eius tradidit eum tortoribus quo
adusque redderet uniuersum debitum. Sic & pater meus celestis
faciet uobis: si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris.
Fratres imitatores mei estote: et Dnica. xxm. ad phylippenses
obseruate eos. qui ita ambulant. sicut habetis formam
nostram. Multi enim ambulant quos sepe dicebam uobis. nunc